



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

259 [i. e. 249] Res tum spirituales tum profanæ seu temporales quomodo
permutentur quoad earu[m] proprietate perpetuam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

248
Hospitalia
quatenus cum
beneficiis per-
mutari pos-
sint.

249
Res tum spi-
rituales tum
prophane seu
temporales
quomodo per-
mutentur quo-
ad eam pro-
prietate per-
petuam.

250
An res diuer-
si generis in-
ter sese permut-
entur.

rectè permutari cum beneficiis hospitalia illa quæ in beneficia conceduntur, qualia recitantur *J. de religiosis domib. d. c. 2. §. vt autem.* eo quòd sint instar beneficiorum; alia verò hospitalia nequaquam; cum beneficiorum dumtaxat inter sese permiffa sit permutatio, quatenus de clerici titulo quæritur. Sin de rerù ipsarù proprietate perpetua inter veros dominos permutanda quæritur, vt si duo monasteria vel aliq̄ duq̄ Ecclesiæ duas Parœciales Ecclesias hinc inde sibi subiectas, vel duos Prioratus, vel alias domos religiosas, inter sese velint permutare, dubiù non est quin vt spirituale cum spirituali sic etiam tēporale cum temporali permutari possit iuxta c. ad quæstiones. de rer. permut. Sed in hoc genere quæritur, an vt iure Pontificio valeat rerum ipsarum inter se permutatio, necessarium sit vt res illæ sint eiusdem vtrinque generis, vt pote calix pro calice, domus pro domo, Ecclesia pro Ecclesia, sicuti de permutatione beneficij præcisè cum beneficio diximus, an verò generis quoque diuersi res inter sese permutentur, veluti calix pro casula, vel aliis vestibus quibuscumque sacris. Ac verius est, permutationem in rebus diuersi quoque generis consistere, quemadmodum per iura ciuilia rectè scyphus permutatur cum Sticho vel cum libris vel rebus alijs, vt & vinum cum bobus l. naturalis. in princ. vers. sed si scyphus. *π. de præscriptis verbis. & §. item pretium. in fin. Instit. de Empt. & vendit. dūmodo res prophane non dentur pro sacris, vt iam*
scipius